



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Chorea qu[and]o definitur

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

.i. egenis

.i. donet .i. diminuat

Ut plus pauperibus christi tribuant moderentur

.i. pro sumptus

scz cibi et potus

Expensas proprias sumendo superflua vitent

¶ Nunc autem subdit aliam doctrinam de vita et honestate clericorum dicens, clericos non decet ducere choreas publicas vel aliquas ancillas per circuitum. Etiam clericus debet fugere strepitus laycorum et tabernas, et moderate debent vivere, et dare pauperibus de propriis bonis, et non debent vivere in crapula, in superfluitate, et in voluptatibus.

¶ Circa istam primo notandum, autem dicit quod clericus non debet ducere choreas huius ratione est, quod clericus debet esse speculum veritatis et fructus, et in omnibus operibus bonis debet esse exemplar alijs hominibus. Si ergo ipsi chorizant, tunc publice sunt per ipsos commune vulgus proclamatur, et sic tunc gravior peccatum committitur, quod chorea nunquam vel raro absque peccato fieri potest, ergo sacerdotes debent vitare choreas mulierum et omnia ista, ne dent alijs malum exemplum.

¶ Secundo notandum, quod chorea sic definitur, est circuitus cathenatus cuius centrum est dyabolus. Pro quo sciendum, quod dyabolus circa choream non habet unum gladium sed multos. Primo habet gladium euaginatam et exutum, et cum illo gladio dyabolus informat mulieres ut exuant et deponant pallia, et hoc facit ideo ut circuituque videantur, scilicet ante et retro, a dextris et a sinistris. Secundo habet gladium acutum, et cum illo informat mulieres ut exornent et preparent se antequam veniant ad choreas, ut possint ibi viris et circumstantibus placere. Tertio dyabolus habet gladium inordinatum, et cum tali regit omnes circumstantes qui inordinate chorizant, quod semper ducit choream versus sinistram in signum malicie. Et de tali loquitur Proverbiorum, ubi dicitur, Gladius qui a dextris sunt novit dominus, que autem a sinistris puerse sunt. Tertio dyabolus habet gladium scindentem circuituque et ex omni parte, quod ille gladius scindit omnes sensus, percindit enim auditum in hoc quod turpia audit, visum, quod lasciviam videt, olfactum, quod faciunt respirantiam vestimentorum, gustum et saporem, quod omnes illas delectationes obruminat et masticat, et tactum percindit, quod mollicie lascivie pringit, et sic ille gladius percindit circuituque. Et ideo de eis dicitur in Apocalypsi, Ve ve vobis sic habitantibus in terra. Et primo ve dabit eis eterna damnatio, quod designat alienationem regni celestis. Pro secundo ve dabitur eis insatiabilis infernus. Pro tertio ve dabit eis intolerabilis pena. Glideat ergo chorizans ne cadat in illos gladios, et persequens in eternas damnationes.

¶ Tertio notandum, littera dicit quod clericus non debet ire in tabernis et in alijs locis suspectis. Ratio est, quod in multiloquio non deest peccatum, ut patet per beati Bernardum. Si ergo clericus est in tabernis et in strepitu laycorum tunc est in multiloquio et vanitatibus, quod sine peccato fieri non potest.

¶ Ultimo notandum, quod clericus debet vitare cibaria superflua, et hoc ideo ne intret peccatum, scilicet in vomitum vel in luxuriam, unde metrista, Luxuriat raro non bene pasta caro. Etiam debet vitare superflua propter diversos morbos evitandos, unde Augustinus, Plures moriuntur gula quam gladio. Contra quos clamat beatus Bernardus dicens, Clerici nostri reprobis magis dedit sunt gula quam gladio et quam virgini gloriose, et magis intuent martham quam marcum, et magis student